

Gamelion nuptiis,  
clariszimi & excellentiszimi  
viri dn. M. Olai Wexionii,  
po...

*1 Ic 1654 Wexionius, Olaus Olai*



National Library  
of Sweden

GAMELION

21

Nuptiis,

*Clarissimi & Excellentissimi VIRI*

**DN. M. OLAI WEXIONII,**

Politices & Hist: Professoris, In Regiâ Gustavi-  
anâ Adolphinâ Academiâ, quæ Dorpati Livonorum  
est ad Embeccam Celeberrimi.

ET

*Pudicissimæ Pientissimæq; Virginis*

**CATHARINÆ PETRÆÆ,**

*Admodum Reverendi & Excellentissimi VIRI*

**DN. D. ÆSCHILLI PETRÆI,**

amplissimæ Diocesis Finlandiæ Episcopi meritissimi,  
& Academiæ quæ Aboæ ad Auram floret Pro-  
cancellarij Celeberrimi,

FILIÆ CHARISSIMÆ.

*Aboæ decenti Pompâ 24. Augusti Anni Æra Christianæ*

*1654 festinè celebratis.*

Dictum atq; dedicatum à Consanguineis  
& Sympatriotis.

**A B O Æ.**

*Excusum Typis Acad. apud Viduam Petri Waldz.*



1654

1654

**P**ERCELEBRIS gnatam fausto PATRIS omine ducas  
FRATER; Eant fausti in conjugio usque dies!  
Sit procul hinc tetri, procul hinc, cacadæmonis astus  
Larga Jehovahæ adsit gratia ad usq; precor.

*Adfectu fraterno, germano suo, ut unico, ita  
unicè dilecto, ejusq; Sponsa pudicissime,  
non tam comptè, quàm calidè, hocce  
τεργάσειχθ φαυστα quævis apprecari  
voluit*

**MICHAEL** Gyllenstålpe,  
J. U. q; D. Acad: Ab. h. t. Rector

**E**St donum summi, mulier taciturnæ Jehovahæ  
Non gemmis, auroq; obryzo unquam redi  
mendum.

Contigit ecce, tibi patrue ò Charissime, conjun  
Omni genâ laude & variâ virtute coruscans.

Hinc lætor, gratorq; simul pia fundoq; vota:  
Ampla fiet vobis summi benedictio Jovæ.

Ad vestrumq; fluant faustè precor omnia nutun  
Vivite Nestoreos, felices vivite, in annos.

Dulcis & intereà proles sit dulce levamen.

Proles quæ Patrè referat, referat quoq; matrem  
Cœlica quæ repleat vobiscû habitacula tar  
dem.

*Hæc ex sincero corde, declarandæ gratitudinis Erg  
patruo suo charissimo, non ut voluit vel debu  
sed ut potuit, tenui avenâ canens gratulabatur;*

**GABRIEL M.** Gyllenstålpe.

*Carmina grata darem, idq̄ lubens, si dirite venā  
Instructus possem; Si culta Minerva faveret;  
Sed precor hic saltem, junctis prosperrima quaq̄:  
Vivite felices, longumq̄, vigete, Valet.*

*Ita in auspiciatissimum Festum Nuptiale,  
Patruī sui dilectissimi gratulari  
voluit*

*NICOLAUS Gyllenstålpe. M. F.*

*Unctipotens Dominus nobis dat dona benigne,  
Rite uti nescit quēis rudis ingenij,  
Propterea celebri de stirpe ortus Patriota,  
Castalidas nactus ritē Magister opes.  
Annis ā teneris doctas ardere camēnas,  
Et virtutis iter coepit amare bonum.  
Vvexionā posuit latia fundamina lingua,  
Et didicit primum candida verba Vigil,  
Huic ꝛ Aboa gravis meritō donavit honores,  
Voce Magisterii condecorante Virum.  
Ergo virtute ꝛ ratione ꝛ indole claro,  
Conjungenda Viro splendida costa Venus,  
Est Chatarina Venus, qua nata propagine honorā  
Hancce domum celebrem ducit agitq̄ Deus,  
Ornati volitant hujus per tempora crines,  
Vertice gemmatum stemma nitente gerit.*

*Cur precor ut fiant felices tempore longo,  
Visuri tandem gaudia magna poli.*

*Felicis omnis ergò fecit,*

OLAUS BOTH. VVALLENIUS.

---

**A**uthor conjugij primus stat factor olympi  
Et Rector: Primos junxerat is homines.  
Nempe Evam primo qui conciliavit Adamo  
Atq; Abraham Saræ; junxerat ipse Deus.  
Plenum est connubiis mare, plenaq; terra redundat,  
Cum paribusq; pares, foederat ipse Amor.  
Laudibus offertur summis Dionysius æquus,  
Qui addixit cunctis, foedera conjugij,  
Talia perpendas, clarissime eumq; Magister,  
Quæris & hinc Nympham e millibus egregiam:  
Eja, probam nactus, pulchramq; hanc dilige Nympham;  
Stipite præclaro, est nata pudica Venus.  
Quod superest, precibus venerans nunc supplico sum-

mis,

Ut Deus Astripotens his benedicat ovans,  
Viam ut tranquillam degant in Nestoris annos,  
Conspiciantq; tori, pignora grata sui.  
Annuat his Votis Dominus! Volventibus annis,  
Ut videant multos & sine lite dies!  
Gaudia succrescant junctis amplissima Sponsis.  
Jucundum Votum, hoc lætus & usq; canam,

*Officioso calamo properabat,*

SVENO GARDIUS

---

**M**aximus ille Deus rerum moderator & autor  
Constituit summi jura Marita tori,

A prima

A prima statim crescentis origine mundi,  
Hujus perpetuam jussit habere fidem.  
Hæc tecum reputans præclare Magister OLAE  
Non spernis veri sancta statuta DEI,  
Sed Sponsam jungis variis virtutibus auctam,  
Cujus te curam semper habere decet.  
Gratulor ergo tibi de tali conjuge, fautor,  
Comprecor ac voveo singula quæq; bona,  
Vivite felices seros numerate nepotes,  
Postea vos capiant, tecta beata poli.

*Tenui avenâ modulabar.*

OLAUS LAURENTII HALENIUS

---

MAGISTER OLAUS WEXIONIUS NYMPHUS

*per Anag: abjecto E.*

JO JO LAUS, EXSURGIT NYMPHUS EN EAMUS

**E**N varios cantus effundit Aboa per auras,  
EN comptâ Thalami veste caterva nitet.

IO IO EN EXSURGIT NYMPHUS nunc psallit EAMUS

Sit LAUS Eia Deo, est Nympha venusta venus,  
Wexionius claris fulgens virtutibus ample

Quas propter famâ concelebratur ovans,  
Quas propter conjunx jucunda futura marito

Gestabit dextrè connubiale jugum.  
Nunc Catharina venus jucunda atq; optima virgo,

Qua saltat psallit pectore suavifono,

A 3

Candida

1654

*Candida condecorant baccata monilia pectus  
 Progrediens lente sirmate verrit humum.  
 Affice tecta DEUS da Sponsis commoda semper,  
 Confirma verbo cunctaq; capta tuo,  
 Hinc pia progenies gestit juvenumq; senumq;  
 Cætus amicorum gaudet oratq; pius.*

Jungfru Karin Eschills Dotter Petrea Brudh

Per Anagram: Svet:

**S** Wacker napert listigh sitter Brudstruden

Elaboratio ad melodiam, Wänt aff tin Wrede/ &c.

<b>K</b> yta Jungfruen /	Hwilken förr wille/
Som listigh nu träder /	Lifwel förspille/
<b>W</b> acker Brudstruden/	Än henne mista.
Bepryder och kläder/	<b>I</b> n vthi nöden/
<b>N</b> apert D tapper/	Är han godh som Lucius,
Gudz Ordh och fast wacker/	In vthi döden /
Föräldrar lyder.	Är han troo Darius,
<b>A</b> swarsam Lustig/	Hwilka lär höllo
Såsom Baladina,	Och i döden föllo/
Gudeligh höfligh /	För sina Hustror.
Såsom Faustina,	<b>N</b> är ty han sitter/
Kyft som Lucia,	Lustig wacker och håll/
Såsom Natalia,	Lagen thet witter/
The varit hafwa.	Vthi alle Rum wäl/
<b>R</b> ättwiff och tuchtigh /	Så blifwen i säll/
Troofast och så wänligh	Såsom Abigael/
The til Gudhfruchtigh /	War sin Man Nabal.
<b>M</b> oot sin Wan kärlich.	<b>P</b> å täncker ställa
	Emot erher Brudgwm
	Ehr

Ehr som then snälla/  
Procia mot Brutum,  
Thet monde wara/  
Järe som Sara,  
War emoot Abram.

**E**Natiam fromma/  
Chiloniam troo/  
Beer til ehr komma/  
Dch Reginam godh/  
Så blijn i Hustru/  
Gören edher Man roo/  
Lijka som thesse.


**TRE** hafwer varit/

Husee wäl påskodat/  
Dch grant förfarit/  
Hwadh som thet haat bodat/  
Låta vishälla/  
Androm til att sällia/  
Behaff sice goda.

**A**ff hiertans grunde/  
Dnskar iogh och beder/  
Att så skee kunde/  
Brudgum och Brudh heder/  
Att the tillijke/  
Behi Himmeltijke/  
Blifwa tilsamman.

Amoris & honoris E. properabat

ANDREAS Elmegreen.



MAGISTER OLAUS WEXIONIUS SMCLANDUS.

Per Anag: O in B mutat;

I, UXOR EST MAGNA LAUS, DOS, MEL IN USIBUS.

**E**ST UXOR svavis donum & DOS MAGNA Magister,  
Quæ venit à Domino casta, pudica, pia.

I Neonymphe citò Sponsæ nunc porrige dextram;

Phyllis in USIBUS est LAUS bona MELq; bonum.

Hæc beat una domum consors dulcissima vitæ,

Hæc mœsti curas allevat una viri.

CATA

1654

CATHARINA ÆSCHILLI PETRÆA SPONSA.

Per Anag:

ANNE SIES ILLI PRÆSTO, PACATA, CHARA?

*S*ponsa venusta tuo modò Sponso occurrito gaudens  
Ille tuo adventu latus ovare cupit.

*Quaritur anne sies illi, Sponsa optima, chara?*


*Sic certè es; præstò qui velit esse tibi.*

*Tu Pacata simul Sponso conjungere claro,*

*Atq; mane præstò tempus in omne lubens.*

Lubens meritoq; adjecit

JOSEPHUS FORLOSENIUS



ΕΤΧΗ

*Νῦν λόγινο δ'ε γαμὸν Θεε δικτιζμων επιτηρε;  
Μνησὸς καὶ μνησῆ τοι πάντοτε ὡς ἀγαπᾷσι  
Ἀλλήλες, ἀμα κ' ἀναξῶσι κόσμια τέκνα,  
Καὶ μετὰ τῶν πάντων ἀγίων καὶ μάλλιστα ζῶσι.  
Ἐυχομαι ἐν μνησῶ μνησῆ καὶ καλλιμα πάλαι,  
παντ' ἐκ καρδίας: Νύμφη καὶ Νύμφε χαίρε!*

Votum.

*V*ltam felicem vivas præclare Professor  
Virgine cum pulchrâ quæ comes est thalami.  
Vivite concordés, sint iurgia sæva remota;  
Læta, tonate pii, júbila perpetuò,

Aliud

ALIUD,  
Clare Magister,  
Fautor amande,  
Dilige Nympham,  
Atq; foveto  
Rebus in arctis:  
Sic Catharina  
Sponsa venusta  
Chara marito.  
Læta Jehova  
Tempora vobis  
Det precor, ipse.  
CLAUSULA.

*E*rgo concludam precibus amicis,  
*His novis Sponsis benè cuncta cedant!*  
*Sufficit. Faxit Deus almus author*  
*Vota valere!*

Debitæ gratitudinis & boni ominis  
ergo cecinit

tali tempore B. ROSANDER

B

ut

21 a

II,

E,

L

pis

is

1654

**U**T pater excelsus Thalami qui est fautor & auctor,  
Adamo Nympham vincolo sociaverat arcto,  
Talia dicta dedit: Complentes crescite terram;  
Pulchrum foedus erat quo costam junxerat Ada,  
Quod purum sceleris servandum tempore cuncto,  
Sic & adhuc conjunx sua cuiq; dicatur ab alto,  
Cernimus hoc nos in nostris quoq; nunc Neonymphis,  
Nam procul ignarus Sponsus veniebat amoris,  
Longinquis reperit Sponsam charamq; sub oris,  
Clare tuo ingenio, studiis industriâ OLAE,  
Te sanè genitrix feliciter edidit orbi!  
Cujus in amplexus prabetur virgo pudica,  
Virgo pudica datur, signat CATHARINA pudicam,  
Nam puram vitam coluit sine vulnere fama.  
Gratulor ex animo vobis nova gaudia lecti,  
Fortunet coeptum coeli terraq; Monarcha!  
Vos inter maneat semper concordia mitis  
Nec vestros turbet discordia seva penates,  
Vestra domus crescat numerosâ prole repleta,  
Sanguine qua tollat VVexjonî nomen ad astra.  
Te sint qui patrem doctissime Sponse saluent  
Sint qui te matrem dicant pulcherrima Nympha  
Vos letos faciant vestra de stirpe Nepotes  
Qui vestrum virtute ferant ad sidera nomen.

Rudi venâ sed sincero affectu fundebat  
ÆSCHILLUS FABRICIUS

Nescio

**N**escio quid scribam socialis foederis expers,  
 Sed tamen ex aliis scripta probata scio;  
 Et me exempla monent, docet experientia, vero  
 Fundere me ore melos, nec nisi vera loqui.  
 Iccirco ad Te nunc mea sese Poëmata volvant,  
 SPONSE Vir ingenii dexteritate valens,  
 Luce Professorum splendens fautor bone salve,  
 Ingredere & felix cunctipotentis opus,  
 Nunc etiam syavem quo Sponsam impensius ar-  
 des:

De bonitate DEI hoc certior esse potes.  
 Certior esse potes de Christi ardentis amore,  
 Quo genus humanum Teq; Tuamq; colit,  
 Divinis propius radiis vestigia figes,  
 Et propiore Deum lumine conspicias.  
 VVEXIONI hinc castis bona consolatio tædis,  
 Hoc tibi in adversis dulce levamen erit,  
 Quid majus dici possit? quid celsius esse?  
 Nobilius quidnam mente fovere queas?  
 Ut CATHARINA tibi placeat, tua sola volu-  
 ptas,

Gemma, Corona tua hæc, Stella, Catena tua.  
 Grata tibi ut Requiesq; detur *Petraa* venusta,  
 Quæ probitate micat, quæ pietate nitet.  
 Gratulor ergo tibi cui prospiciente JEHOVA,  
 Talis & hoc tali tempore Virgo datur.

A,

II,

E,

E,

pi



1654

Prospera quæq; toro vestro adsint, mutuus adsit.  
Fervor amoris, & hinc sint procul atra precor!  
Vivite, salvete, exultate, vigete, valete,  
Quod tibi SPONSE cano, quod tibi SPONSA  
precor.

*Hæcce præcula sincero affectu laudatiss: Neonymphis in  
decus ac faustum omen dedicata voluit.*

DANIEL ANXELIUS.

**C**ertè constituit rerum Natura creatrix,  
Alter ut alterius moveatur sexus amore,  
Ac desiderio cupiat percussus anhelus  
Concursus, Veneris placidis pugnare palæstris.  
Squamigeri pisces gravibus miscerier undis  
Gaudent, ut magni surgant ad sidera fluctus,  
Flat Notus atq; Eurus, summum subvertitur imo;  
Nec non aligerum genus & genus omne ferarum  
Parvulus ille puer, celeres mittendo sagittas  
Impetit, illius ut nullus sit liber ab armis.  
Non homini id licet ut se istarum more ferarum,  
Miscet; ast rectâ semper ratione vehatur,  
Ut quod pergrandem parvo sub corpore mundum,  
Exhibet, exemplar, sanctiq; ænigmata Vultus.  
Hinc a principio pepigit suprema potestas,  
Sanctum conjugij foedus moderamine pulchro.  
Cur & Tu Neonymphe, faces incende jugales,  
Clare Vir & Musæ decus ingens, atq; Professor  
Historices, Poleosq; simul qui jura politus  
Arte doces, Sophiæ soboles, perdocte Magister,  
Eja age, nè cesses sociam tibi jungere lecti,  
Ut quæ sit roseo faciem diffusa rubore.

Nactus

Nactus & egregiam quæ sit tua summa voluptas ;  
 Illa suos virtute satis formâq; parentes  
 Sponsa refert speciosa bono nunc compare lata.  
 Salve solamen Sponsi, Sponsa optima salve !  
 Perpulchrum par, Par magni quod dextra Jehovæ  
 Junxit, quod solvet nil quicquam trux nisi lethum  
 Pactum, nec simulata fides, dum vita supersit.  
 O Deus astripotens celsi moderator olympi,  
 Hisce precor, benedic nuptis, ut cernere possint,  
 Felices Thalami dulcissima pignora casti,  
 Et multâ fiant, tum pulchrâ prole parentes ;  
 Nestoris annosi vincant quoq; secula: tandem  
 Sedibus æthereis laudent sine fine Jehovaham.

*Debita gratulationis, honoris & observantia de-  
 claranda ergo ita rudi & nimis festinâ ma-  
 nu, tumultuariè, ex animo tamen, & M. ap-  
 plaudebat*

H A Q U I N U S Rosenholm.

Amatun algus lukea taitan/  
 Tose Jumal awais armonis aitan;  
 Taiwan ia Maan ia caicti hän loy/  
 Linnut ia Pedot Maan päälle toi.  
 Adamin myds maan nullast teki/  
 Paha yrinäns olla näti.  
 Nuokuri hänen unen sywän/  
 Kylväst teki puolisan hrwän  
 Sunauvel suurel yhdisti/  
 Jumalat he julkisest ylisti.  
 Tain caunin parin/ täll päewällä/  
 Zereä nytt yhtensowitele :  
 M'ster OLAUM Professorin/  
 Cans Neidzen CATherian ihanaisen

Sen corkiastoppenen Zeraan  
 Turun püspan/ taetan Tyttärän.  
 Toille nytt toiwotan onne swr/  
 Ilo/ rauha/ cans raekaus swr.  
 Elätät ain hrwäs sowinnos/  
 Zedelmat suttäkän suosios.  
 Nestorin Wuotta mond teytätät/  
 Zeic'uden wigat caict peitätät.  
 Wijnmäin cans uscowaisten Nhäst  
 Joca ey yhtäkän pois hyljän/  
 Tusa caswosta nijn caswohon/  
 Nautita saatte Taiwan Ilon.  
 Weisaden pyhä/ pyhäin paris/  
 Sijn Taiwalises Isän Salis.

Pro feliciori pacti foederis omine, honoris & debitæ  
 reverentiæ contestandæ ergo, hæc, licet absens,  
 properè & officiosè fundebat.

ANDREAS B. Szählfoot.

**O** Pto conjugibus castos reverentèr amores;  
Conferat ipse Deus!  
Lætitia multum referatù pectore læto,  
Et bona cuncta, precor.  
Alma suum foveat Catharina & dulcia jungat  
Basta, chara viro,  
Unà felices, ter Nestora vincite vitâ,  
Prole beate torum.  
Scandite, dum thalami complentur fata secundi  
Culmina celsa poli.

In honorem Neonymphis festinus reliquit

PETRUS ACANDER.

**C**ristrogne gode Gæster alla/  
som åren sammankomne i dagh;  
U t tilbørligen medh bøn byfalla  
thesse vnge förnem Dionelagh;  
F hem til åhra / them til gamman  
lått of glädias allesamman  
Bådhe Quinna och Man,

**H**är see wij musten och wijnet rödhä  
Godhwilleligen nu skänckas in;  
U ff hwillet lustighet vthan mödhä/  
Kan wäl förskaffas til hugh och sin;  
K egere Gudh alles wårt modh  
U t wår glädie städze bestodh  
I hans heliga Bodh,

I all

<sup>3.</sup>  
I all samptligen Echte Personer/  
Förelsen thesse vngdoms hop;  
Nu och i Dngderijke Matroner  
Ställer ehr Döttrar på lustigt lop:  
Arbeter all medh Lem och thon:  
Ty vår Förman har fått en Son/  
Medh stor åhra och mon.

<sup>4.</sup>  
Påminner Ehr Höghlärde Brudhgumme/  
Hwadh som edher wedersfors på stund:  
Eytänar edher nu vara Stumme  
Om Gud; wålgärningh i margelund,  
Tilbiudes Ehr en Jungfru sköön/  
Som är then bästa vngdoms Löödn  
Efter möda och Böön.

<sup>5.</sup>  
O tskeligen edher Gudh wålsigne  
Medh alsköns glädie wålsfärdh och Nåd;  
A hrones Konung edher büspringe  
I all Nöd; och Lust medh råd; och däd;  
Alit lätthe lända til fromma/  
Förkäffe Ehr medh Lifzblomma/  
Hjalpe til sigh komma.

In decus & felix omen laudatiss. Neonym-  
phis adscripsit

JACOBUS ELIÆ HOLMIUS  
Nerp. Both.



**E**cce satis novit Vexionius optimus hocce,  
 Gemma velut præstans nitido scintilla in auro.  
 Sic totam usq; domum, decorat castissima conjunx.  
 Ergo sibi pulchram Nympham Sociam Thalamiq;  
 Petræam, ducit claris natalibus ortam.  
 Gratulor ergò tibi præclare Professor O L A E,  
 Larga Dei sors est, fidissima nempe marita.  
 Psallite nunc juvenes nunc dicite gaudia cuncti,  
 Deliciosa Deus vobis hæc gaudia fecit.  
 Connubio junctos serva regnator Olympi,  
 Fac satiet sponsam sincero sponsus amore  
 Sponsum nec ledat charum lectissima Sponsa.

Lubens apposuit  
 A N D R E A S S. Gallenius.



**N**il superest igitur, nisi carmina claudere votis,  
 Et thalamo illustri fausta vovere simul.  
 Vivite; conjugij pia gaudia ducite sacri:  
 Atq; senes Christus vos vehat ad superos.

Honoris & debite observantia ergò apposuit  
 P E T R U S O. Forlolenius.



JACOBI HOLLMANNI  
 Typographi  
 in Regio. Borin.